



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 987. Qualiter ad canonizationem requirantur vera miracula, & quænam sint talia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

tractatus super canonizatione fieri à s. sede nisi elapsis 40. annis à morte canonizandi & ipsa actualis canonizatio non nisi post centum annos, ut Reiffenst. *h. t. n. 13.* ex Landuscha in *intheat. regular. v. beatification. n. 1.* quamvis olim quandoque & hodie ex speciali dispensatione summi Pontificis hoc tempus non observetur. Quin & Episcopi etiam ante 40. annos interim instituire possint processum & inquisitionem, sive iudicalem, sive extrajudicalem super miraculis, fama sanctitatis, vita & singularibus virtutibus alicujus, idque ne alias per mortem testium pereant necessaria probationes, & ut s. sacra sedes suo tempore facilius informari queat. Barb. *alleg. 97. n. 5.* Reiffenst. *n. 5.* quamvis autem istiusmodi processus ab Episcopis eorumque vicariis vel deputatis de jure servatis servandis sint legitimi & validi, possitque ex illis Pontifex procedere ad canonizationem; de stylo curiæ soleat tamen Pontifex de novo instituire novum processum vel saltem strictè examinare processus ab Episcopis factos. De cætero in canonizatione martyrum fieri non solet magna inquisitio de probitate vitæ, aut etiam de miraculis tempore vitæ ab iis patris, sed de factis post mortem illorum, ac præcipuè de causa, ob quam passi, nimirum num propter fidem, legem Dei vel virtutem aliquam. ut Host. *in c. 1. h. t. n. 3.* Fagn. *in c. venerabilis de testib. n. 16.*

Quest. 987. Qualiter ad canonizationem requirantur vera miracula, & quænam sint talia?

REsp. Requiritur miracula vera indubitatum est, miraculum autem verum propriè ac strictè est & dicitur, quod sit præter ordinem totius naturæ creatæ, ut cum D. Thom. *p. 1. q. 110. a. 4. & q. 114. a. 4. AA.* communiter, quale solus Deus propriè ac physicè facere potest juxta illud *Psal. 17. quis facit mirabilia solus.* cum, si illud facere possent angeli, dæmones, aut sancti, non esset supra omnem naturam creatam. quare dum passim sancti dicuntur facere miracula, id intelligendum, non quòd ea ab illis fiant physicè, sed moraliter tantum, in quantum nimirum Deus ad preces eorum, aut in confirmationem sanctitatis eorum miracula patret; Ea verò, quæ sunt aut exhibentur per magos aliosve malos homines ope dæmonis miracula non sunt, sed vel meræ illusiones, quibus phantasiæ hominum ita decipit, ut videatur eis hoc vel illud adesse aut contingere; cum tamen à parte rei nihil veri sit: vel sunt effectus quidam re vera existentes & verè mirabiles ope dæmonis activa passivis applicantis, aut aliàs virtute sua naturali agentis producti; quia facultatem & captum humanum excedunt, indeque admiratione causant, vocantur in sensu largo miracula. Porro ut miraculum verum habeatur acita deserviat canonizationi juxta *cit. Gl. receptam in c. unie. h. t. in 6. v. sedis apostolica* debet apparere, illud à Deo, & non ex arte vel ope dæmonis factum, dum nimirum apparet factum in confirmationem fidei (qualiter etiam fieri potest per peccatorem, ut patet in Juda proditore, non secus ac alii Apostoli faciente mira ad excitandam fidem in Christum, quam prædicabat) vel in testimonium sanctitatis alicujus, cujus imitationem vel cultum Deus intendit promovere. Qualiter non nisi per eos, qui coram Deo specialibusque meritis conspicui, fieri potest, ubi verò fieret tale quid miri ex alio sine inuili, manifestum esset fieri à dæmone vel alias latere fraudem. Ac denique de his omnibus exactissimè & rigidissimè inquirendum & recognoscendum, præsertim quòd ad testes idoneos juratos,

R. P. Levr. Jur. Can. Lib. III.

non singulares (nisi in certis casibus de quibus videri potest Reiffenst. *h. t. n. 43.*) deponentes exscientia hausta, per sensus proprios &c. Arg. *c. venerabilis de testibus.* Fieri que potest hæc recognitio miraculorum non tantum jam canonizantium sed etiam canonizantium juxta Trid. *Sess. 25. de invoc. cat. SS. junctâ declarat. cog. Concil. fieri ab Episcopis* teste Barbos. *de off. & potest. Episc. alleg. 97. num. 3.* Fagn. *in c. cum ex eo. h. t. n. 7.* (non tamen ab inferioribus Episcopo, etsi habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, ut Barb.) adhibitis etiam Theologis aliisque viris probis ac prudentibus. Antequam tamen miracula nondum canonizantium divulgent Episcopi, totum negotium ad sedem Apostolicam transmittere debent, ab eaque responsum expectare juxta *const. Urbani VIII. 39. in Bullar.* Ipsum verò ordinem procedendi in canonizatione vide apud Host. *inc. 1. h. t. col. 1. & 2.*

Quest. 988. An & qualiter colere & invocare liceat sanctos necdum canonizatos aut beatificatos?

REsp. Defunctos cum publica etiam fama insignis sanctitatis vel etiam miraculorum ab iis vivis aut post mortem editorum nondum tamen à sede Apostolica canonizatos cultu publico (qualis dicitur non ex eo, quòd in loco publico seu coram aliis, sed quòd fiat nomine totius Ecclesiæ, seu tanquam ab ea institutus, etsi fiat in loco privato extra conspectum populi, ut Sanch. *in Decal. c. 43. n. 3.* Bonac. *Tom. 2. d. 3. p. 2. n. 2.* Reiffenst. *h. t. n. 16.*) non licet venerari. v. g. proposita eorum imagine in Ecclesiis, altaribus, commemoratione de iis facta in sacrific. missæ vel officio divino, tam in choro, quam extra illum, invocatione in lytaniis &c. ut AA. mox citandi juxta *c. fin. h. t.* licitum tamen est, pium ac utile tales prosequi cultu devoto neque privato v. g. sanctum & beatum nominando & ut talem invocando ejus effigiem & reliquias in cubiculo aut etiam oratorio asservando ac venerando in honorem illius, aliquas privatas preces recitando, jejunando &c. aliasque mortificationes subeundo, etiam aliis audientibus & videntibus. Arg. *cit. c. finali.* à sensu contrario *Gl. in c. unie. h. t. in 6. v. sedes Butrio in cit. fin. n. 6.* Azor. *p. 1. l. 9. c. 8. in fine.* Bellarm. *de sanctis c. 10.* Sanch. *l. c. n. 3. & seq.* Wicetn. *h. t. n. 7.* Reiffenst. *h. t. à n. 18.* per extensum referens desuper *const. Urban. VIII. Sanctissimus 39. in Bullar.* ac ab eodem Papa desuper factam declarationem, quæ utiliter leges, in qua etiam inter reliqua, quòd nihilominus non liceat eorum imagines cum aureolis aut radiis depictas habere etiam in privato & occulto. Uti &, quòd nondum beatificatorum miracula, revelationes, beneficia eorum intercessione impetrata licitum non sit typis vulgare, nisi prius ab ordinario loci recognita approbentur. Reiffenst. *n. 22. & 23.*

Quest. 989. Nomine reliquiarum sanctorum quæ veniant, an & qualiter veneranda, & à quo approbanda?

1. REsp. Ad primum: nomine earum veniunt sanctorum corpora eorum partes, ossa, capilli, pulveres, cineres, vestes, vela, Panni, etiam quibus post mortem involuta, scripturæ, instrumenta devotionis, mortificationis, quibus usi, & passionis, quibus cruciati. Azor. *l. c.* Reiffenst. *h. t. n. 24.* juxta universalem Ecclesiæ sensum & praxin.

2. Resp. Ad secundum: reliquiæ sancti aut beatificati de novo inventæ non nisi prius recognitæ &

Xx xx

legi-